Fragmentarium

[illegible]

ſenſio[?] [illegible]dem rectam ſpem firmi[illegible] caritatem [illegible] bonis

corporis et — que tibi placeat Et hoc ſanctiſſimum ſanguinis tui miſterium

conſervare[?]

digne percipere merear Credo domine et vere ſcio et hoc ipsum verum

tue ex toto corde confiteor quod non ſum dignus accedere ad tam

miſterium propter nimia peccata mea et negligencias meas infirmitate

Et rurſus ſcio et veraciter credo et ex toto corde confiteor

quod tu potes me facere mundum qui ſolus potes facere mundum

de immundo conceptum ſemine et qui de peccatoribus iuſtos

facis et ſanctos per hanc ergo omnipotenciam rogo te clemen

tiſſime domine ut celeſtia ſacramenta efficiant michi ſalus et

vita Tu enim dixiſti ore tuo ſancto et benedicto panis quem ego

dabo caro mea eſt pro mundi vita Qui manducat me vivet

qui — propter me et in me manet et ego in eo O panis dulciſſime

ſana palatum cordis mei ut ſenciat ſuavitatem amoris tui

languor

ſana mentem meam ab omni ~~[illegible]~~ paſſu[?] ut nullum preter te ſen

ciat dulcedinem nullum preter te querat amorem panis dulciſ

ſime habens omne delectamentum et omnem ſaporem qui nos ſemper

reficis et nunquam deficis Comendat te cor meum et dulce

dine ſaporis tui anime mee viſcera repleantur panis ſancte panis

vive panis pulcher panis ſaluberrime qui deſcendiſti de

celo et das vitam mundo veni in cor meum et munda me ab

omni inquinamento carnis et ſpiritus ~~[illegible]~~ animam meam ſana et ſan

ctifica me intus et exterius eſto in continua ſalus et tutamen

corporis et anime et repelle a me hoſtes michi inſidiantes

recedant procul a potencia preſencie tue ut foris et intus

munitus per te tendere recto ad regnum tuum valeam ubi iam non

potius

in miſteriis ſicut hoc tempore agitur ſed ~~poſtea~~ facie ad fa

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 24v – Orationale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-x06c/3338/35563)